

INCIPIT LIBER SEXTUS.

Noscunt tāta Patres citō robora nō superari; Hortantur socios, & contra robora robur Accelerare parant, naves priūs esse trahendas Constituunt, & perficiunt hēc jussa libenter Agmina cuncta: solum tract̄ tenuere carinæ. Inde duces Latii viciniū addere castra Festinando jubent, jussis paretur eorum. Pr̄fusis hospitium Petri de parte marina, Non humilis, non alta nimis domus affuit, unde Sp̄pius incep̄tum bellum spectare valebat. Signoretus eam tridentibus inde Pyrenis Ingressus tenuit prompta bonitate Sacerdos, Hinc Vicedonne tuos armis, Gratiane, potentes, Hinc quicūmque manu pedibusve paratior esset, Et crebros ictus tecum aspiciebat Obertus. Juxta Pontificis tectum tentoria patrum, Ut citius veniant ad eum, cū sp̄pe vocentur Nobilitatis honor non longē densus habebat Hospitium; fortis steterant à fronte catervæ Pisani populi, qui vitam duxit in armis Totam, perpetuos solitus tolerare labores. Huic non algor erat, non formidabilis p̄stus; Hunc nō grādo ferox, nō niximberq; movebant, Hostes, & muros violentius aggredientem. Hēc erat ingeniis spectanda juventus & armis, Ingluviem ventris nimiamque perosa quietem, Noverat & brevibus submīstere lumina somnis. Ast equitū robusta manus, nō sparsa per agmen, Sed juxta lēvam fixit tentoria portam. Talis ab p̄equoreā facie porrectus utramque Observat portam populus, Catalanicus heros. Illius in medio murus tutissimus extat, Namque vigor Latius dextra lēvaeque sedebat, Hospitiumque ducis retro vallabat, & ante. Stat post Pisanos Cardunę rector, & illinc Plurima post illum quæ misit Gothica tellus Agmina, quæ p̄edas potius quam bella gerebant. Ante duces reliquos sibi fecit castra Guidelmus, Et dextrā vicina magis quam cætera portæ, Juxta quem pariter sua cepit Balcius heros; Atque Herbonensis domini post ista steterunt Fulgentes acies, quas juxta Rusilienses: Ampurie rector post omnes castra tenebat, Et vallatus erat sola de gente suorum. His silvas & rura petunt, armentaque multa Direptosque greges, & quicquid germinat arvū, Ad socias acies, converso tramite ducunt. Lignea tecta trahunt, paleas ubi comperiuntur, Arboreasque simul vultas cum stipite frondes Gothorum pedites, vel quos Provincia misit, Mercibus ablatis discurrunt agmine toto, Et venale facit quicquid dabat insula vulgo. Pisani summis arcent conatibus hostes, Hīque colendorum patrum p̄cepta fecuti Edificant geminas superantes omnia turres, Mœnia de lignis, vulgo castella vocantur. Altum surgit opus, sublimia culmina quarum Aērias subeunt summis cum nubibus auras, Offenduntque satis ducentes frigora ventos, Astutusque magis nil fecit Dædalus arte. Vimineæ frates ductæ de rure propinquo, Multaque terga boum lateralia quæq; tegebant. Suppositis igitur postquam residere paratis, Impulsæ graviter celeri molimine currunt. Ut nubes quas forte Notus violentior auctas, Imbris ad cœlum pluvioso turbine veñit, Quarum rura pedes cœlos agitare cacumen, Sp̄pius aspiciens, quæ currere quippe videntur. Adstantes igitur multi mirantur eentes, Qui similes nūmquam potuerunt viñibus arcis

A Subdere, mox gemina subeunt testudine muros; Et dum Martis erat creber, variusque tumultus, Sp̄pe Moabitæ violenti mœnibus urbis Egrediebantur: trahit impetus egredientes, Casus, & hos potius, quam bellicus instruit ordo. Utque Robertus eos audaci strenuitate Motus vidit, ait, pro se certantibus auctor Est Deus, & robur pro se pugnantibus auget. Dixerat, & plures solus properavit in hostes, Et partitur eos, simul & fugientibus instans, Inter murales aditu⁹ pugnando reclusit. Corruit hujus equus fovea, pro sp̄casus iniquus! Protinus ē sella se compulit ire regentem, Hic clȳpeo, jaculoque prius, mucrone deinceps Pugnat, & Hectoreo decertans robore consulit, Sustinet innumeros damnosis jactibus ictus In se collatos, nudo quoque fortiter ense Dimicat, & solus multorum robora sentit; Dumq; pluunt lapides, & tela cadunt super illū, En lēvam super cita figitur hasta papillam. Non clȳpeus, non obſtiterat, lorica ruente Incarnare virum, facilem dimiserat hastam: Accelerant raptumq; ferunt de Marte propinqui, Jam castella super defossi robora valli, Implebant latas gemina testudine fossas, Erigit antennam Balearis in arbore cura, Castellis etiam quæ cernitur esse duobus Altior, in summo cuius bellator habebat Excelsum tutumque locum, yelamina p̄f. 88. Plurima sublimem septenaque terga tenebant. Qualiter excelsæ spatioſa per sp̄qua naves, Sp̄pius ire solent piratica bella timentes. Loricanam tutam retinet, clȳpeumque rotundum, Et protectus erat cristata casside vertex, Per triplices funes antennæ callidus usus Vesananum Mantum vacuas porrexit in auras, Inquæ subiectas turres projicere cautes, Et lapidare viros, & mīſtere tela valebat. Ardet in antennam pugnantum fortiter astus, Atque duos funes cum falce recidit acuta, Tertius antennam retinebat in aere funis, Pertimuit Maurus, ne falx, si cedaret illum, Invitus rueret, vel protraheretur ab unco. Ergo velut moles de summis eruta faxis, Per funem labens, dedit intra mœnia saltum. Grandia labentis senserunt pondera palmæ. Christicole gaudent, alacres dant agmina plausus Admirata virum per inanes currere ventos. Nutabant turres Baleæ, muri que cadelant, Quos fodiebat ovans toto molimine fossor, Cui per quemq; diem fulvum numisma dabatur. Hos aries duplex de testudinibus actus Et de castellis ictu graviore petebant. E quibus artifices mīſtunt super ardua pontes Mœnia, cūmque volunt, turres invadere possunt. Per quadragenos passus & apertus & amplius Introitus fuerat, centum fecere cohortes. Cardinibus Bofo de primis taliter unus Inquit, & hec monuit, monit⁹ & verba notantur: Qui fines patrios, qui deseruere parentes, Uxores, natos, & quicquid dulce videtur Sensibus humanis, vos pro pietate fuistis. Si pietatis amor vos cum mercede vocavit, Cur pietatis honor non contra viscera fortis Impietatis habet? Baleæ spectate Leonem, Qui male tractat oves, & Christi dissipat agnos. Spectat ab excelsis muris molimina nostra; Incassum factas turres quoque credit & arges, Et nos, & pariter subsannat cunctipotentem Agminis auctorem, qui se se p̄tulit hujus Ut vos informet: vos Egyptum spoliare. En Pharaonis fratres servire catenis Cernitis, ultrices fragant hēc impia dextræ Tar-